Ex quo igitur non restat seni spes
de vita et impossibilis est sibi
diutina dilacio mortis, Restat
ut studeat bene mori cum sanctis
virtutibus, et ut bene moriatur nichil
utilius quam si bene vivat. Unde
Ecclesiastici 25 Que in iuventute tua
non congregasti quomodo invenies
in senectute tua, quod dicitur quia non est
preceptum deuteronomii 33 dicitur Sicut
enim dies iuventutis tue sic et senectus
tua Et Ecclesiastici 25 Quam speciosa
inquit veterana sapiencia
Et sequitur, corona senum multa sapiencia
Tradit enim Seneca
epistola 19 quod senes non solummodo
quinymo et disce debet Et concludit
quod nulli etati magis quam senectuti
discere cognovit Ubi enim
magis corporis egritudo ubi naturis
magis egra ibi rector sapiencior
exquiritur Senes enim ut
dicitur libro Saturnalium fragiliores
atque ad infirmitates proniores sunt
ceteris etatibus attamen igitur indigent
sapiencia regi Et ideo quia necesse
est principem esse Sapiencia autem
in senibus maxime est Decet
igitur senes principari Unde plato in
Thimeo dicit quod non decet rem
antiquam a post genitis regi Et
propter hoc ligurgus rex in suis legibus
ordinavit iuvenes senibus debere
famulari ut tradit pompeius libro
huius ro colligi potest ex 28 capitulo
libri 2 rethorice Ubi Aristotiles
multiplici laude senes commendat
dicens quia in senibus est continentia
quia frigidi sunt nec excessibus
infestantur Sunt insuper misericordes
quia humanam fragilitatem racione senectutis
maxime experiuntur Facile
enim miseretur qui et molestias
in proprio corpore gerit Item in suis eloquiis
non sunt pertinaces Ita quia
se ipsos alios quam deceptos viderunt
Ideo cum ambiguitate quecunque dicunt
asserunt quod faciendum achademici
a philosophi crediderunt ut tradit Policraticus
libro 7 capitulo 3 Si igitur libido
regna consumpsit si carnis lapsus
sub absolone depressit impietas
quam nerone Si pertinacia cum machomeis
arrianos concussit non igitur
iuvenem decet principari Ymmo ea
super senes intellexi quia mandata
tua quesivi

## Capitulum octavum de iuvenibus et eorum statu

Iuvenes talem vita ducere imposterum
petunt qualem ducere in exordio inceperunt
Propterea igitur maxime operepreciu
est moribus intendere bonis virtutes
adipisci bonis operibus et disciplinis
Unde Seneca libro de moribus Educacio
et disciplina mores facit et
id sapit quisque quod didicit Unde
Quintilianus libro primo parentes alios
quam corrigit suos filios hoc instruentes
Utinam inquit liberorum
nostrorum mores non ipsi perderemus Infancia
enim statim deliciis solvimus
mollis quam educacio quam indulgenciam
vocamus mentis et corporis vires
frangit Et idem Quintilianus libro
2o Ingenia inquit puerorum ni

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs161/0275
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg